KRŠĆANSKI KLASICI 21
BIBLIOTEKA CENTRA ZA KONCILSKA ISTRAŽIVANJA, DOKUMENTACIJU I INFORMACIJE »KRŠĆANSKA SADAŠNJOST«

Urednik
ANTON BENVIN

ISBN 953-151-034-2

TOMA AKVINSKI

SUMA PROTIV POGANA
SUMMA CONTRA GENTILES

SVEZAK DRUGI
(knjiga III–IV)
latinski i hrvatski tekst

Preveo:
o. AUGUSTIN PAVLOVIĆ

KRŠĆANSKA SADAŠNJOST
ZAGREB
1994

CAPITULUM CXXII

QUA RATIONE FORNICATIO SIMPLEX SECUNDUM LEGEM DIVINAM SIT PECCATUM: ET QUOD MATRIMONIUM SIT NATURALE

Ex hoc autem apparet vanam esse rationem quorundam dicentium fornicatio-
m simplicem non esse peccatum.

Dicunt enim: Sit aliqua mulier a viro soluta, quae sub nullius potestate, ut
tris vel alicuius alterius, existat. Si quis ad eam accedat ea volente, non facit illi
iuriam: quia sibi placet, et sui corporis habet potestatem. Alteri non facit iniu-
im: quia sub nullius potestate ponitur esse. Non videtur igitur esse peccatum.

Non videtur autem esse responsio sufficiens si quis dicat quod facit iniuriam
eo.

Non enim Deus a nobis offenditur nisi ex eo quod contra nostrum bonum
imus ut dictum est. Hoc autem non apparet esse contra hominis bonum. Unde
hoc non videtur Deo aliqua iniuria fieri.

Similiter etiam non videtur sufficiens responsio quod per hoc fiat iniuria pro-
mo, qui scandalizatur.

Contingit enim de aliquo quod secundum se non est peccatum, aliquem scan-
dizari: et sic fit peccatum per accidens. Nunc autem non agimus an fornicatio
mplex sit peccatum per accidens, sed per se.

Oportet igitur ex superioribus solutionem quàerere. Dictum est enim quod
eus uniuscuiusque curam habet secundum in quod est ei bonum. Est autem
onum uniuscuiusque quod finem suum consequatur: malum autem eius est quod
debito fine divertat. Sicut autem in toto, ita et in partibus hoc considerari opor-
t: ut scilicet unaquaeque pars hominis, et quilibet actus eius, finem debitum
ortiatur. Semen autem, etsi sit superfluum quantum ad individui conservationem,
t tamen necessarium quantum ad propagationem speciei. Alia vero superflua, ut
estio, urina, sudor, et similia, ad nihil necessaria sunt: unde ad bonum hominis

POGLAVLJE 122.

Zbog kojeg je razloga, po Božjem zakonu, obična bludnost grijeh, a brak u skladu s naravi[740]

Po tome se pak vidi da je ništavan razlog onih koji kažu da obična bludnost nije grijeh.[741]

Kažu naime: Pretpostavimo ženu slobodnu (neudatu), koja nije ni pod čijom vlašću, npr. oca ili nekoga drugoga. Ako tko uz njezin pristanak k njoj pristupi, ne čini joj nepravdu: jer joj se to sviđa, a ona je gospodarica svoga tijela. A ni drugom ne čini nepravdu, jer se pretpostavlja da nije ni pod čijom vlašću. Prema tome, čini se da to nije grijeh.

A čini se da nije dovoljan odgovor ako se kaže kako čini nepravdu Bogu.

Doista, Boga vrijedamo time što djelujemo protiv svoga dobra, kako je rečeno. A ne vidi se da je to protiv čovjekova dobra. Zato se čini da se time Bogu ne čini nepravda.

Isto se tako ne čini dovoljnim odgovor da se time čini nepravda bližnjemu, koji se time sablažnjuje.

Događa se, doista, da se netko sablazni zbog nečega što nije grijeh; i tako nastaje grijeh »stjecajem okolnosti«. No sada nije riječ o tome da je obična bludnost grijeh »stjecajem okolnosti«, nego po sebi.

Prema tome, rješenje treba tražiti iz onoga što je rečeno. Rečeno je (pogl. 112. i sl.) naime da Bog vodi brigu o svakoj pojedinoj stvari u skladu s onim što je za nju dobro. A dobro je svake pojedine stvari to da postigne svoju svrhu, dok je za nju zlo ako skrene s dužne svrhe. To, međutim, treba promatrati i s gledišta cijele stvari i s gledišta njenih dijelova, tj. da čovjekov svaki pojedini dio, i svaki njegov čin, postigne dužnu svrhu. No sjeme, iako je suvišno s gledišta uzdržavanja jedinke, ipak je nužno s gledišta nastavljanja vrste. Naprotiv, ostale suvišne stvari, npr. izmetine, mokraća, znoj i sl., nisu ni za što nužne; stoga na čovjekovo dobro

---

raspoloženje, čak nekako srodno s božanskim Logosom ili Nousom (Umom). Sv. Pavao je taj izraz preuzeo, te na gore spomenutom mjestu bez sumnje misli na Duha Božjega, koji je u vjernicima. Za J. LAGRANGE (*nav. mj.*) nastavlja: »Pavao zasigurno hoće da bogoslužje vjernikâ bude duhovno, ali je u njemu htio izraziti osobito ono što je u njemu primjereno razumu i dostojno Boga, i to s pomoću običnoga grčkog izraza, ali koji je on prvi primijenio na bogoslužje.«

[740] Usp. *Sumu teol.*, II-II, q. 153, a. 3; q. 154, a. 2. Također *O dvjema zapovijedima* (*Stožeri*, str. 192–193; – vidi bilj. 713).

Naslovi poglavlja 122–125. nalaze se u Tominu autografu.

[741] Među njima je i MAJMONID (vidi bilj. 342), koji je učio da »bludnost nije grijeh po naravnom pravu, nego da je samo (Zakonom) zabranjena... Stoga je prije Zakona bludnost bila dopuštena« (*De erroribus philosophorum*, c. 12, n. 12; u: MANDONNET, *nav. dj.*, str. 23; vidi ovdje bilj. 613). A među zabludama studenata Filozofskog fakulteta Pariškog sveučilišta, koje je biskup S. Tempier osudio 1277, nalazi se i rečenica 183: »Obična bludnost, tj. neoženjenog s neudatom, nije grijeh« (*SCG [Pera]*, III, str. 501). Vidi i G. PARE, *Le Roman de la Rose*, Montréal, 1947, str. 282, 320.

pertinet solum quod emittantur. Noc hoc autem solum quaeritur in semine, sed ut emittatur ad generationis utilitatem, ad quam coitus ordinatur. Frustra autem esset hominis generatio nisi et debita nutritio sequeretur: quia generatum non permaneret, debita nutritione subtracta. Sic igitur ordinata esse seminis debet emissio ut sequi possit et generatio conveniens, et geniti educatio.

Ex quo patet quod contra bonum hominis est omnis emissio seminis tali modo quod generati sequi non possit. Et si ex proposito hoc agatur, oportet esse peccatum.

Dico autem modum ex quo generatio sequi non potest *secundum se*: sicut omnis emissio seminis sine naturali coniunctione maris et feminae, propter quod huiusmodi peccata *contra naturam* dicuntur. Si autem per accidens generatio ex emissione seminis sequi non possit, non propter hoc est contra naturam, nec peccatum: sicut si contingat mulierem sterilem esse.

Similiter etiam oportet contra bonum hominis esse si semen taliter emittatur quod generatio sequi possit, sed conveniens educatio impediatur.

Est enim considerandum quod in animalibus in quibus sola femina sufficit ad prolis educationem, mas et femina post coitum nullo tempore commanent, sicut patet in canibus.

Quaecumque vero animalia sunt in quibus femina non sufficit ad educationem prolis, mas et femina simul post coitum commanent quousque necessarium est ad prolis educationem et instructionem: sicut patet in quibusdam avibus, quarum pulli non statim postquam nati sunt possunt sibi cibum quaerere. Cum enim avis non nutriat lacte pullos, quod in promptu est, velut a natura praeparatum, sicut in quadrupedibus accidit, sed oportet quod cibum aliunde pullis quaerat, et praeter hoc, incubando eos foveat: non sufficeret ad hoc sola femella. Unde ex divina providentia est naturaliter inditum mari in talibus animalibus, ut commaneat femellae ad educationem fetus.

Manifestum est autem quod in specie humana femina minime sufficeret sola ad prolis educationem: cum necessitas humanae vitae multa requirat quae per unum solum parari non possunt. Est igitur conveniens secundum naturam humanam ut homo post coitum mulieri commaneat, et non statim abscedat, indifferenter ad quamcumque accedens, sicut apud fornicantes accidit.

Non autem huic rationi obstat quod aliqua mulier suis divitiis potens est ut sola nutriat fetum. Quia rectitudo naturalis in humanis actibus non est secundum ea quae per accidens contingunt in uno individuo, sed secundum ea quae totam speciem consequuntur.

Rursus considerandum est quod in specie proles non indiget solum nutritione quantum ad corpus, ut in aliis animalibus; sed etiam instructione quantum ad animam. Nam alia animalia naturaliter habent suas prudentias, quibus sibi providere possunt: homo autem ratione vivit, quam per longi temporis experimentum ad prudentiam pervenire oportet; unde necesse est ut filli a parentibus, quasi iam expertis, instruantur. Nec huius instructionis sunt capaces mox geniti, sed post longum tempus, et praecipue cum ad annos discretionis perveniunt. Ad hanc etiam

spada da se izluče. Međutim, to se ne traži s obzirom na sjeme, nego da se izluči u korist začeća-rađanja, kojemu su spolne radnje usmjerene. No zabadava bi bilo čovjekovo rađanje kad ne bi slijedila i odgovarajuća ishrana: jer rođeno dijete ne bi preživjelo kad bi mu se uskratila dužna hrana. Prema tome, izlučivanje sjemena treba da bude tako uređeno te nakon toga mogne slijediti dolično rođenje i odgoj rođenog djeteta.

Po tome jasno je da je svako izlučivanje sjemena poslije kojega ne može slijediti začeće-rađanje – protiv čovjekova dobra. Pa ako bi se to činilo naumice, nužno se počinja grijeh.

Govorim o načinu poslije kojega ne može *samo po sebi* slijediti začeće-rađanje, npr. svako izlučivanje sjemena bez naravnog općenja muškarca i žene. Zbog toga se takvi grijesi zovu *protunaravni*. Ako pak začeće-rođenje ne može »stjecajem okolnosti« slijediti iz izlučivanja sjemena, nije to onda protiv naravi, niti je to grijeh, npr. ako se dogodi kad je žena neplodna.

Isto je tako nužno protiv dobra čovjekova ako se sjeme tako izluči te, doduše, može slijediti začeće-rođenje, ali je spriječen doličan odgoj.

Treba, doista, promotriti da kod životinja kod kojih je sama ženka dovoljna za odgoj mladunčadi, mužjak i ženka nakon spolnog općenja ni na čas ne ostaju skupa, kako se vidi kod pasa.

Naprotiv, kod kojih god životinja kod kojih ženka nije dostatna za odgoj mladunčadi, mužjak i ženka ostaju skupa nakon spolnog općenja dokle god je nužno za othranjivanje i poučavanje mladunčadi. To se vidi kod nekih ptica kojih ptići ne mogu tražiti hranu odmah čim su se izlegli. Naime, budući da ptica ptiće ne hrani mlijekom, koje je odmah pri ruci, od prirode pripremljeno – kao što biva kod četveronožaca – nego treba da za ptiće hranu traži drugdje, a osim toga treba da ih ležeći grije: ne bi za to ženka sama bila dovoljna. Stoga je kod tih životinja Božjom providnošću mužjaku po naravi usađeno da ostane sa ženkom radi odgoja mladunčadi.

Očito je pak da u ljudskoj vrsti sama žena ne bi bila dovoljna za odgoj potomstva, budući da potrebe ljudskog života traže stvari koje jedan sam ne može učiniti. Prema tome, ljudskoj naravi pristaje da čovjek poslije spolnog općenja ostane sa ženom, a ne da odmah ode pristupivši bez razlikovanja kojoj mu drago, kako to rade bludnici.

Tom se razlogu ne protivi što je neka žena po svom bogatstvu u mogućnosti da sama othrani dijete. Jer u ljudskim činima naravna se ispravnost ne prosuđuje po onomu što se događa »stjecajem okolnosti« u jednoj jedinki, nego po onom što prati cijelu vrstu.

S druge strane treba promotriti da u ljudskoj vrsti potomstvo ne treba samo hrane za tijelo, kao kod ostalih osjetilnih živih bića, nego također poučavanje s obzirom na dušu. Jer ostala osjetilna bića po prirodi imaju svoju »pamet« po kojoj se mogu za sebe pobrinuti, dok čovjek živi vođen razumom i on treba dugotrajnog iskustva da dođe do razboritosti. Stoga je nužno da djecu poučavaju već iskusni roditelji. Djeca nisu sposobna primati tu pouku odmah po rođenju, nego nakon mnogo godina, a osobito kada dođu u doba razbora. Također se za

instructionem longum tempus requiritur. Et tunc etiam, propter impetus passionum, quibus corrumpitur aestimatio prudentiae, indigent non solum instructione, sed etiam repressione. Ad haec autem mulier sola non sufficit, sed magis in hoc requiritur opus maris, in quo est et ratio perfectior ad isntruendum, et virtus potentior ad castigandum. Oportet igitur in specie humana non per parvum tempus insistere promotioni prolis, sicut in avibus, sed per magnum spatium vitae. Unde, cum necessarium sit marem feminae commanere in omnibus animalibus quousque opus patris necessarium est proli, naturale est homini quod non ad modicum tempus, sed diuturnam societatem habeat vir ad determinatam mulierem. Hanc autem societatem *matrimonium* vocamus. Est igitur matrimonium homini naturale et fornicarius coitus, qui est praeter matrimonium, est contra hominis bonum. Et propter hoc oportet ipsum esse peccatum.

Nec tamen oportet reputari leve peccatum esse si quis seminis emissionem procuret praeter debitum generationis et educationis finem, propter hoc quod aut leve aut nullum peccatum est si quis aliqua sui corporis parte utatur ad alium usum quam ad eum ad quem est ordinata secundum naturam, ut si quis, verbi gratia, manibus ambulet, aut pedibus aliquid operetur manibus operandum: quia per huiusmodi inordinatos usus bonum hominis non multum impeditur; inordinata vero seminis emissio repugnat bono naturae, quod est conservatio speciei. Unde post peccatum homicidii, quo natura humana iam in actu existens destruitur, huiusmodi genus peccati videtur secundum locum tenere, quo impeditur generatio humanae naturae.

Haec autem quae praemissa sunt, divina auctoritate firmantur. Quod enim emissio seminis ex qua proles sequi non potest, sit illicita, patet. Dicitur enim Levit. XVIII: »Cum masculo non commisceberis coitu femineo«; et: »cum omni pecore non coibis«. Et I Cor. VI: »Neque molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei non possidebunt«.

Quod etiam fornicatio, et omnis coitus praeter propriam uxorem, sit illicitus patet. Dicitur enim Deut. XXIII: »Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel«. Et Tobiae IV: »Attende biti ab omni fornicatione, et praeter uxorem tuam, non patiaris crimen scire«. Et I Cor. VI: »Fugite fornicationem«.

Per haec autem excluditur error dicentium in emissione seminis non esse maius peccatum quam in aliarum superfluitatum emissione; et dicentium fornicationem non esse peccatum.

to poučavanje traži dugo vrijeme. A i tada, zbog siline strasti, koje iskrivljuju procjenu razboritosti, trebaju ne samo poučavanja nego i obuzdavanja. Međutim, za to nije dovoljna samo žena, nego se tu većma traži sudjelovanje muškarca, kod kojega je i razum savršeniji za poučavanje i sila jača za ukore i kažnjavanje. Prema tome, treba da se u ljudskoj vrsti za napredak potomstva radi ne kroz malo vremena, kao kod ptica, nego kroz dugo razdoblje života. Stoga, budući da je kod svih osjetilnih bića nužno da mužjak ostane sa ženkom dokle god je očeva radnja nužna za potomstvo, prirodno je čovjeku da muškarac tvori zajednicu s određenom ženom ne na kratko vrijeme, nego na dugo. A tu zajednicu zovemo *brakom*. Prema tome, brak je za čovjeka prirodan,[742] a bludničko općenje, koje je izvan braka, jest protiv čovjekova dobra. I zbog toga je ono nužno grijeh.

Ipak ne treba smatrati da je laki grijeh ako netko izazove izbacivanje sjemena mimo dužne svrhe rađanja i odgoja, i to zbog toga što je ili mali ili nikakav grijeh kad se netko s nekim dijelom svoga tijela služi za drugu svrhu, a ne za onu za koju je po naravi određen, npr. kad netko hoda na rukama, ili nogama radi nešto što bi trebalo raditi rukama. Takva neuredna upotreba ne smeta mnogo čovjekovu dobru, ali je neuredno izlučivanje sjemena u suprotnosti s dobrom naravi, tj. s uzdržavanjem vrste. Stoga, poslije grijeha ubojstva, kojim se uništava ljudska narav što već zbiljski postoji, takav rod grijeha – kako se čini – zauzima drugo mjesto, jer se njime priječi rađanje ljudske naravi.

A to što je prethodno izloženo potvrđuju Božje riječi. Jasno je naime da je izlučivanje iz kojega ne može slijediti potomstvo, nedopušteno. Kaže se, doista, u *Lev* 18,22–23: *»Ne lijegaj s muškarcem kako se lijega sa ženom... Da nisi legao ni s jednom životinjom.«* A u *1 Kor* 6,9–10: *»Ni mekoputnici, ni muškoložnici... neće baštiniti kraljevstva Božjega.«*

Također je jasno da je nedopuštena svaka bludnost i svako spolno općenje, osim s vlastitom ženom. Kaže se, doista, u *Pnz* 23,18: *»Neka ne bude bludnice među izraelskim kćerima i neka ne bude bludnika među izraelskim sinovima.«*[743] A u *Tob* 4,12: *»Čuvaj se, sine, svakog bludništva,... i osim sa svojom ženom ne dopusti da ikad počiniš nešto grešno.«*[744] A u *1 Kor* 6,18: *»Bježite od bludnosti.«*

Time se otklanja zabluda onih koji kažu da izlučivanje sjemena nije veći grijeh nego izlučivanje ostalih tjelesnih suvišnosti i onih koji kažu da bludnost nije grijeh.

[742] Neki su u to vrijeme smatrali brak nečim nasilnim, što se protivi naravi, npr. Ioannes de Magduno (Meung), sljedbenik Vilima iz Saint-Amoura, koji je autor *Romana o ruži* (oko 1270).

Usp. G. PARE, *Le Roman de la Rose et la scolastique courtoise*, Paris-Ottawa, 1941, str. 159–165.

[743] Zapravo se ovdje izravno misli na »svetišne bludnice« (qdēšāh) i »svetišne bludnike« (qadēš), kako to prevodi naša Biblija.

[744] Prema Vulgati tu je riječ o bludništvu (fornicatio), dok je prema našoj Bibliji riječ o preljubu. Odgovarajuća grčka riječ je *porneia* (πορνεία), što može značiti i preljub i bludništvo.